

# SPECTA

TAE RELIGIONIS, OPTIMO  
deamatoque suo in Christo patri, D. Iohāni Vo  
lonis, primariæ nostræ Carthusiæ Capituli  
generalis Scribæ, studiosorum fautori ac  
patrono F. Theodoricus Loher a  
Stratis Carthusiæ Colonien.  
Vicarius. S. D.



**S**I VLLI mortalium, certe ti  
bi præcipue pater optime debe  
tur gratia, non solum a me, nec  
a Dionysio nostro tantum,  
verum etiam ab ordine nostro  
vniuerso, imo potius ab omni Christi ecclesia,  
quod tuo consilio, tua quoque opera factum est,  
vt tam e monitiones quam mandata, siue a patre  
Reuerendo, totius nostri instituti moderatore,  
siue a nostri ordinis Capitulo generali prodie  
rint, cohortantia, ne a coepto ædendorum ope  
rum Dionysij labore deficeremus, aut impe  
diremur. Quo certe factum est, vt quicquid ædi  
ficationis, quicquid eruditionis ex eisdem ec  
clesia sancta receperit, tibi acceptum referat æ  
quum sit, qui tua prudentia pariter ac diligen  
tia vnus ne labori impares subtraheremus hu  
meros effecisti. Cuius si præsidio aut munimen  
to fuissem destitutus, vereor certe ne vel vnū  
Dionysij opus in lucem edendum prodisset,  
adeo animo parum æquo quidam alienam fe  
runt felicitatem, adeoque nunquam desunt qui prom  
ptius habent cauillari aliena studia, quam imitari.

## EPISTOLA

Verum ea de re hoc tempore nihil mirandum  
 est, quandoquidem S. Hieronymus suo quoque  
 ævo de huiusmodi hominibus, non semel, nec  
 vno in loco queratur. Huius igitur exemplo  
 nos quoque ngenias has, atque hominum cauillos,  
 fortiter insistendo didicimus contemnere. Pro-  
 deat optamus qui nostram operam atque labo-  
 rem sua industria vigilantiaque contendat otio-  
 sum & superuacaneum reddere, quo factum  
 est, ut præcipua utilissimaque Dionysij opera  
 iam mundo prædicent, quæ hactenus vno aut  
 altero fortasse armario latuerunt. Quamuis  
 non hæc sola studiosis, verum alia quoque inte-  
 rim multa pijs diuerso idiomate euulgauerim-  
 us. Inter quæ sunt & venerabilis patris no-  
 stri D. Petri Leydensis, non adeo pridem vi-  
 ta defuncti opuscula. Quæ licet varia scrip-  
 serit, hoc tamē quod nunc producimus, quod-  
 que in vltima ægritudine nouissime absoluit, de  
 bonitate diuina inscriptum, haud vulgari est  
 laude celebrandum, vtrupta utilissimum atque  
 eruditum sacris scripturis, theologicis quoque  
 rationibus ijsque non parum efficacibus firma-  
 tum. Desideratur quidē in eo verborum sua-  
 uiloquentia maior, at cum sententiarum gra-  
 uitas, rei que tractat maiestas, eloquentiæ  
 præferenda sit, maior illi cura fuit ut sapien-  
 ter, quā ut diserte loqueretur. Habet opus vn-  
 de non modo se, sed artificem quoque commen-  
 det, ad omnia enim eruditionis genera idoneū  
 est, præcipue ut exhortationes in festiuitatib.  
 anni potioribus inde selegatur. Eruditionis præ-  
 terea ac deuotiois hic liber totus est scaturigō.

## NUNCUPATORIA

Quapropter cogitanti mihi atq; sedulo id ani-  
 mo versanti cui potissimum dicaretur siue in-  
 scriberetur, multis de causis tu vnus occurre-  
 bas. Principio viri huius, hoc est, authoris mu-  
 tua tecum dilectio atq; necessitudo. Decies nã-  
 que (vt reor) dum supremam Carthusiam ac-  
 cessisset, tibi cum eodem fuit familiaris suauis  
 simaq; loquutio, & hæc tanta vt vix esset cui  
 fideret tranquillius, cui securius exequenda cre-  
 deret atq; tibi. Deinde equidẽ admonebar gra-  
 titudinis, ne tui, qui neq; pauca neq; spernẽda  
 in me meosq; beneficia contulisti, forem im-  
 memor. Quæ certe beneficia dissimulare non  
 liceret, absque luculenta ingritudinis nota,  
 quam adeo sedam duxit summus ille terrarũ  
 princeps Alexãder Macedo, vt parui duceret  
 toties in acie abisse victorem, atque de hoste  
 tulisse triumphum, nisi & de se bene merentẽ  
 beneficio vicisset. Suscipe igitur hoc xeniolũ,  
 & huius veneratione qui scripsit, & mei amo-  
 re qui tibi nuncupauit, id gratum habe. Cupio  
 enim in hoc admonitum te huiusce rei, quam  
 olim madentibus oculis tibi coram exposui,  
 puta ne ecclesię fructus piorumq; multorum  
 ædificatio, a quibusuis hominib; impediatur.  
 Et hoc certe etiamnum plus quam olim opus  
 erit, quandoquidem piorum omnium tam stu-  
 diorum quam occupationũ sanctarum & pro-  
 motor & Mecoenas hyperaspistesq;, huius vi-  
 delicet operis author, nobis per mortem sub-  
 tractus est. Qui certe dum viueret (vt etiã mo-  
 dernus noster venerabilis pater) tam fuit diui-  
 ni honoris zelator, quã omnis amator promo-

## EPISTOLA

torque virtutis . Sciens hæc scribo, secretorū  
 eius vt filius dilectus ad quindecim annos oim  
 plus cæteris conscius, Cuius laudem ac vitam  
 ne prorsus reticere videar, credendum præcla  
 ris eum multis varijsque effulsisse animi doti  
 bus: tribus tamen adeo emicuisse singularem,  
 vt certe putem haud facile ei in his hodie inue  
 niri secundum, virginitatem namque a cuna  
 bulis adeo integram, adeo seruauit immacula  
 ram, vt non solum (quod multorum est) in cor  
 ruptione perpetua gauderet carnis, verum eti  
 am vt in hoc negotio ab omni prorsus corrup  
 tione esset affectiōis alienus. Nō quidem ex  
 pers omnino fuit stimulorum, quos sub somno  
 quandoque inuitissimus pariter atque innocen  
 tissimus sentire cogebatur, adeo inculpatū tñ  
 se in his gessit, vt nunq̄ ( quod pro omni vita  
 sua ingenue fuit sæpenumero amicis testatus)  
 mulieris concupiscentia, nunquam obscœni  
 cuiusuis aliud desiderium ipsius mentem teti  
 gerit, nunquā portētiosa huiusce rei eius intra  
 uerit affectū. Id quod certe ei naturaliter haud  
 quaquam vsu venisse credimus, sed pugna, la  
 bore, oratione, sensuum custodia: atq; adeo  
 carnis castigatione, de qua vt triūpharet, gra  
 tia se dei protegente id impetrauit. O castita  
 tem purissimam, quam nulla vnquam concu  
 piscentiæ libido foedauit. O laudandam, quæ  
 etiam inter certamina cōporis seu naturę in  
 ternam pacem ac victoriam semper quietam  
 tenuit. Neque enim si in carne quippiam il  
 laudati sentiret, eidem tātam concedebat mo  
 ram, vt ad interiorem hominem pertingeret

## NUNCUPATORIA.

vitium, sed profligata mox omni rebellione  
 carnis, in mente plenam tenuit munditiam,  
 plena fruebatur pace: tametsi (quod dixi) vel  
 natura ei bellum mouere niteretur. Alterum  
 est, quod pariter sæpenuero fatebatur, nullo  
 tempore vitæ suæ pro quacunque siue iniuria,  
 siue dāno, aut sui contemptu vindicandi con-  
 tristandi seu quouis modo lædendi proximum  
 sensisse appetitum. Quo testimonio palā est fa-  
 ctis, q̄tra proximorū quēuis cōplexus fuerit cha-  
 ritate. Siquidē læsus ab aliquo adeo nullā egre  
 molestiā tulit, vt sui esse officij putarit eū, qui  
 fecerat molestiam, & qui propterea ab illius  
 charitate se alienum iam existimabat, quan-  
 totius in amicitia reuocare. Neque enim ferre  
 poterat, vt animum quis haud tranquillum in  
 se portaret, sed gaudere mutua pace voluit o-  
 mnes, esse a tristitia alienos, atque de sua dile-  
 ctione nō dubitare. Hortabatur idcirco quos-  
 cunque mutuo sibi exhibere suauēs occursum,  
 vultusq̄ floridos p̄ se ferre. Inde tertium, quod  
 nō min9 p̄dicandū est, eidē affuit semper, puta  
 q̄ ob calamitatē quancunq̄ ( cuiusmodi illū  
 scimus sæpenuero tolerasse haud leuē) tris-  
 tiri noluit, asserens nulli vnq̄ Christiano ni-  
 si vbi deū offēderit, tristā dū. Desolatos nō nū-  
 q̄ verbis huiusmodi moerore leuabat: Nihil ha-  
 bet (in gens) vtilitatis tristitia, nulli quicq̄ con-  
 fert: nocet oibus, atq̄ calamitatē externā inter-  
 na conduplicat. Accedit, q̄ ex tristitia animi  
 generatur cordis cruciatus, corporis afflictio,  
 consilij inopia, quicquam gerendi fastidi-  
 um; & ex prudentissimo quoque hebetem

## EPISTOLA

stupidūq; tristitia efficit. Dicebat quoque: Si  
 aut rem optatam & amissam recuperare, aut  
 si lachrymis molestiam scirē depellere, in an-  
 gulum me quemuis conijcerem, vbi capillos  
 euellerem, vbi eiularem, vbi faciem sulcarem  
 vnguibus, vt deprecarer damna, aut felicitatē  
 impetrarem. At modo cum tristitia nulli sit  
 v sui, quum quod ablatum est non queam moe-  
 rore reducere, cur plorem? cur maiori me poe-  
 na scrutiemi? Est igitur haud mediocris infa-  
 nia inter sinistram aduersamq; fortunam moe-  
 rore affici, animoq; turbari: & semel iam in re-  
 bus suis aut bonis læso, animi quoq; moero-  
 rem addere. Hæc tria quia maximam viro pe-  
 perere animi tranquillitatem, idcirco nunq̄,  
 quocunq; fuisset in loco, contemplationi non  
 inueniebatur idoneus. Proinde in mensa, præci-  
 pue tamen vbi sacra audiretur lectio, aut in-  
 ter colloquia salutaria, tãta interdum compū-  
 ctione liquecebat, tot lachrymis exuberanti-  
 bus soluebatur inter amicos, vt deo hymnum  
 seu gratias (quod piorum habet consuetudo)  
 haud raro, neq; perficere, neq; incipere potue-  
 rit. Pro virilitateq; contra hanc cordis molli-  
 tiem (imo bonitatem) nitiebatur inter homines  
 constitutus, lachrymisq; vim ne promanarēt  
 inferre tentabat. At quanto magis resistebat  
 tanto omnes eius conatus erant inanes. Porro  
 vbi in diuino erat officio constitutus & san-  
 ctorum verborum vorabat & modulos & sen-  
 sus, totus exultabat alacritate spiritus, nec la-  
 chrymarum ei riuus deficiebant. Quapropter  
 si solus quid in templo legere aut cãtare habe-

## NUNCUPATORIA.

ret, & vel vnum verbum, quod ad dei amorē  
 efficacius excitaret, pronūciandum sibi esset,  
 ad ea quæ sequebantur legenda totus lachry-  
 marum abundantia impediatur: idq; maxi-  
 me circa finem vitæ aliquot annos. Ob hanc  
 rem, non semel in præcipuis festiuitatibus, qui-  
 bus ex officio summam debuisset missam can-  
 tasse, palam officio abstinuit, sacrum vbi libe-  
 rius se deo mactaret, in secreto loco faciens.  
 Ante enim q̄ ad altare accederet, non ignora-  
 bat locos (si cantandum fuisset) quos absq; to-  
 rius hominis liquefactione exprimere haud  
 posset. Habuit namq; cor mirum in modū re-  
 nerum ac amorosum, quod sagittis amoris fa-  
 cillime tangi vulnerariq; subito posset. Itaq;  
 quod dixi, ad hæc vehementer multum illi cō-  
 sulit innocentia, læticia spiritualis, pax, ani-  
 miq; tranquillitas. His em̄ nunquā carere vo-  
 luit armis, vbiq; esset. Quo siebat etiam,  
 vt semper hilaris nemini non adferret conso-  
 lationem: Nemo enim huius consuetudinē nō  
 affectabat, cupiebat vnusquisque alacritatis  
 eius fore particeps. Vnde inter conuiuias  
 quoq; omnium animos honestissime recreabat  
 Ita tamen, vt si quid leue ociosumve videbat  
 aliqua spirituali, quo non minus etiam erudi-  
 ret, decorabat. De hoc viro tres ipsius confes-  
 sores, quibus generaliter singulis confessus est  
 testatur, si necesse foret cum iuramēto, in eius  
 vita nihil inuenisse, quod letale posset vitium  
 suspicari. Innocens ad ordinem venit Carthu-  
 sianum, annos natus plus viginti duos. Inno-

EPIST. NVNCVP.

centior in eodem vixit, annos ferme quadraginta octo. Innocentissimus, atque tam deo quam hominibus charus, hac vita defunctus est, anno videlicet Christi MCCCCXXXVI pridie calendas Octobris. Prefuit autem domui suae professionis utilissimus prior annis viginti novem, minus mensibus duobus; & provinciae Rheni visitator totidem, subditis suis omnibus mirum in modum ac praecipue dilectus, pro quibus & universali ecclesiae nunc intercessorem eundem apud deum in gloria pie confidimus regnare. Iam vale vnicuique meum post deum refugium, & caue ne tibi excidat, quod monuimus de Dionysii negotio, meque patri reverendo, patri vicario, procuratoribus Sacristae optimis germanis fratribus Baltasari & Claudio Gaberti, Iohanni destituti, Iohanni Giloti, caeterisque qui nos noverunt, & viderunt, ex animo commenda. Coloniae ex nostro Museo Carthusiano. Anno a natali Iesu Christi quingentesimo trigesimo septimo supra millesimum pridie calendarum Decembrium.